UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Jncipit pectorale dominice passionis siue diuini amoris. Quia salus vita [et] rede[m]ptio generis humani i[n] passione d[omi]ni co[n]sistit ...

[Aalst oder Antwerpen], 1486

Jesus piissimus intercessor. Considerare libet i[n] filio dei veram exuberantem [et] efficacissimam ...

urn:nbn:de:hbz:466:1-30803

Visual Library

Licet nēpe verū dixerit ꝙ bonꝰ homo de bono theſauro cordis ſui profert bona mathei.12.⁊ ipe id ſꝑ fecerit:qꝛ nūqȝ niſi v̄buȝ ſalutis protulit:tamē ſumme hoc exhibuit cuȝ in cruce ipſe pro omnibus pependit:ac ore ſuo benedicto verba ſeptē expreſſit:q̄bus ſicut filÿ iſrahel ſeptē vicibus ciuitatē Jerico circūeuntes optinuerūt Joſue ſexto.Sic filius dei hys ſeptē verbis ciuitatē iheruſalē ſanctā pro oībus nobis obtinuit Jdeſt eternā ſaluteȝ ſiue requiē ſempiternā adeptus ſit .Et vt cōmodius aperciuſqȝ huiuſmodi flāme viuidi amoris erumpant ſuis in locis ordīate monſtrabitur:quatenus cordiū noſtrorum penetralia tanto accendantur feruentius:quāto ſingulas flammas tam excellētis amoris euaporare fecerimus ꝑticularius Scire igitur o aīa deſideras tanti amoris flāmam primā:vnā vere caritatis priuinā:Offertur tibi primus amor iflāmans:verbū mire ⁊ ſincere remiſſionis . Quod quidem verbum habebit titulum rubrice ſingularis.Utpote.

Jeſus piiſſimus interceſſor.

Conſiderare libet ī filio dei veram exuberantem ⁊ efficaciſſimam euaporantē ardentiſſime caritatis ſue flāmā primaȝ: qua ſuos circūuenit impios ⁊ crudeliſſimos crucifixores Jpſi ſeuiebāt atrociter ꝑforando:iſte ardebat ſuppliciter deprecando. Nā abſonuȝ non ē cogitare ꝙ inter tonſiones ⁊ malleationes crudelium ⁊ crucifigentiū inſonuerit pyſſima vox eius ad patrē creatorem omniū totius boni fontale principiū:dicens. Pater dimitte illꝰ quia neſciunt quid faciunt O oratio celū penetrans:deū patrē mitigans:ōnes informans:mortē fugans:vitam celibē donās O dn̄e Jeſu ad te clamo:tibi preces ingemino:in tua oratione vtcūqȝ reſpirare medullitus exopto. Jn qua nō ſoluȝ corde pleno videris pyſſimus indultor.ſed ⁊ efficaciſſimus interceſſor:⁊ graciosiſſimus excuſator. Naȝ nec iudicē alloqueris:qui prece nō flectitur:ſed paterno nomine blandiens genitori eidem q̄ſi concludens nihil tanto fore filio denegandum . Exhilarentur ſuper miſericordia dn̄i cuncti peccatores : dūmodo relinquere velint ſuarū iniquitatū feces:qꝛ hic erit iudex in tp̄e extremo: qui ſic irroratus miſericordie vngento ſuos excuſare nō diſtulit crucifixores dolens ⁊ gemens in crucis patibulo Uere tēpꝰ ē dn̄e Jeſu:vt cū mellifluo exclamaȝ Bernardo dicens O dn̄e

Jeſu q̃ꝫ firmata eſt ſuper impios miſericordia tua: ⁊ q̃ꝫ magna
multitudo dulcedinis miſericordie tue. Quo inquit potabis de
ſiderantes te torrente voluptatis tue: qui te ſic exhibes crucifi
gentibus te? Nō inquis examina pater: vide pater vindica pa
ter: ſed dimitte pater Quaſi diceret Et licet iuſtitia vindictā ex
poſtulat: punitionē reqrat ſuꝑ hoc opere horrēdo: miſericordia
tñ tua remittat gemitibus meis more paterno: modoqꝫ ſtupen
do Dixiſti o pater mi apoſtolis ī mōte thabor Hic eſt filius me
us dilectus in quo mihi bene cōplacui: ipſū audite. Agnoſce pr̄
qꝛ egoipſe ſum de quo tale īſigne ꝑhibuiſti teſtimoniū: ⁊ dimit
te ꝓpter affectū meū quē ad te patreꝫ meū gero: ⁊ ad ſaluteꝫ ho
minuꝫ vt noſti habeo Dimitte: indulge rogo pater ſanctiſſime.
Quia neſciūt quid faciūt Quis me docebit verbū hoc breue ſu
perās legē: vincēs ōnipotentē ⁊ vinciens regem. Ubi nūc dē
tē pro dente: oculū pro oculo? Abolitū ē per iuſtitiaꝫ habūdātē:
ſic.n. decretū ē ꝑ dei filiū oīa gubernātē. Uide ſcdm̄ Auguſtinū
o hō caritatis huius affluentiā: ⁊ mirabilē filij dei pacientiam
Orauit in cruce: ⁊ ad tria genera hominū efferbuit in prece ſci
licet Ad crucifixores gētiles. Ad iudeos ignorantes. Ad quoſ
libet q̊qꝫ peccatores. ¶ Prio ad crucifixores gentiles. Hoc enī
īſinuat cū inquit. Quia neſciūt quid faciūt. Quid inquis dulciſ
ſime? An ignorāt qꝛ crucifigūt? Sciūt nempe qꝛ crucifigūt: ſed
ignorant quem crucifigunt. Romani enī erant aut de gentibꝰ
incircūciſis: milites ſiue miniſtri Pylati: oraculis prophetarū
nō aſſueti: vt coniecturare poſſent: dei filiū in carne venturuꝫ:
vnde oīno neſciebāt quē crucifigebāt. Ignorabant quid face
rent adhibentes fidē diffamatiōibus iudeorū: ⁊ eis placere geſ
tientes crudelibus penis Xp̄m animoſius afficientes: quare
ipe miſericorditˀ eis ſubuēit pietate mirifica: orās ad patrē mē
te deuotiſſima dicēs. Pater ignoſce illis qꝛ neſciūt quid faciūt
Quia iſti offitio ⁊ ſeruitio me crucifigūt: ſed alij ſunt qui odio
⁊ aīo peruerſo me crucifigēdū ꝓcurauerūt Simplicitˀ igitˀ igno
ranribus parcendū ē ex pietatis viſceribus. ¶ Scdo ad iudeos
ignorātes. Unde additˀ Quia neſciūt quid faciūt. Eſt ſiquideꝫ
ly qꝛ ſꝑ redditio cauſe: nō ergo poterāt ōnino ſciētes ⁊ in neceꝫ
filij dei conſencientes: ad fructū huius oratiōis pertigere. Unñ
ſanctus Thomas in tertia parte.q.47.articulo.6º. inquit ꝙ ad
minores de populo refertur nō ad principes iudeorū. Et Beda
dicit Pro illis orauit q̄ neſcierūt quid fecerīt: zelū dei habētes:
ſed non ſecundum ſcientiā. Hic anima deuota: ſpiritu ꝯpuncta

querit mēte anxia dicēs An pſecutores Xpi cognouerīt euz eē
Xpm ī lege pmiſſuz. Reſponſio ſancti Thome in tertia pte.q.
47.articulo.5.ꝙ apud iudeos quidā erāt maiores ꝗ dicebātur
eorū principes: hy cognouerūt: ſicut ⁊ demōes cognouerūt euz
eſſe Xpm pmiſſum in lege: vt dr̄ in libris veteris ⁊ noui teſta
mēti Omnia enī ſigna videbāt ī eo que pphete dixerūt futura:
myſteriū aūt diuinitatis eius ignorabant Vñ prime ad chorin
thios ſecūdo. Si cognouiſſēt: nūq̄ʒ dñm glē crucifixiſſent Eorū
tñ ignorātia non excuſabat eos a crimine: qꝛ quodāmodo erat
ignorantia affectata. Videbant enī euidentia ſigna diuinitatis
ipſius. Sʒ ex odio ⁊ īuidia xpi ea puertebāt: ⁊ verbis eius qbꝰ
ſe filiū dei fatebatur credere noluerūt Vñ ipſe dicit Johannis
.15. Si nō veniſſem ⁊ locutus eis nō fuiſſē peccatū nō haberent
nūc aūt excuſationē nō habēt de peccato ſuo. Et ſubdit Si opa
nō feciſſez ī eis que nemo alius fecit: peccatū nō haberēt. Nūc
aūt viderūt ⁊ oderūt: ⁊ me ⁊ patrē meū Ecce odiū puertēs ī eis
ſanū iudicium. Quidam vero erant minores: ideſt populares:
qui myſteria ſcripture ignorātes nō plene eū cognouerūt nec
Xpriſtū nec dei filiū Licet aliqui eoꝝ etiā in eū crediderunt: tñ
multitudo non credidit Et ſi aliquando dubitaret an ipſe eſſet
Xpriſtus: propter ſignorū multitudinē ⁊ efficatiā doctrine: vt
habetur Johānis.7.tamē poſtea decepti fuerūt a ſuis principi
bus vt eū nō crederēt neq̄ʒ filiū dei neq̄ʒ Xpm. Unde Petrus
dixit actuū tertio Scio fratres qꝛ per ignorantiā feciſtis ſicut ⁊
principes veſtri: quia ſcilicet per eos ſeducti Vides iaʒ quomo
do pro iſtis ſeductis ⁊ ignorantibus orauit patrez filius: Unde
idē dicit beatus Thomas in tertia parte queſtiōe.21.articulo.5.
in ſolutione ſecundi argumenti: ꝙ orauit pro crucifixoribus: nō
tamen pro omnibus: ſed ſolum pro hys qui erant predeſtinati:
vt per ipſum vitam conſequerētur eternam. ¶ Tertio ad quoſ
libet direxit peccatores hanc ſuā orationem. Qui quantacunq̄ʒ
malicia offendere videanť: tñ quinq̄ʒ ignorātias videntur ali
quo modo habere Videlicet Jgnorantes. Quantū iudicis ma
ieſtatē offendūt. Quantū patris benignitatē cōtempnunt. Quā
tā turpitudinē macule aīe ſue infigūt. Quantā glorie ſuauitatē
amittūt vel peruipendūt. Quātū tormentū eterni cruciatus in
currunt. De hys in pſalmo. Neſcierunt neq̄ʒ intellexerunt ī te
nebris ambulant O impy tortores O rabidiſſimi canes mor
detis ⁊ percutitis lapidem vere molliorem: de quo reſonat tyn
nitus pietatis: oleum ſtillat caritatis: balſamum manat ſuaui

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

tatis: vngētū diuini fluit cariſmatis Nec in vanuz proſilyt hoc
miſericordie iaculum: de quo ſauciati ſunt ad ſalutem plurimi
eorum In beati nempe Petri ſermone memorantis tante paſ
ſionis feruide: cōuerſi ſūt tria milia vna die. Actuū ſcdo. ⁊ alia
die quiq̄ʒ milia Actuū. 4.° Quis dubitat quin huiꝰ orōnis v̄tute
⁊ efficatia: Nā vt legit̄ in euāgelio nazareorum: ⁊ legit̄ in gloſa
ſuper verbo Yſaie. 53. Et pro tranſgreſſoribus orauit. Ad vocez
hanc multi de turba iudeorū aſtantiū cōpuncti ſunt corde ⁊ pe
nituerūt. O aīa xpriſtiana induere fortitudinē: oſtende peccato
rū tuorū penitudinē: q2 vere dulcis erat ī Xpi crucifixiōe melo
dia: de cuius virtuali conſonantia cōuerſi ſunt tot hominū mi
lia. Quis manebit deiceps peruerſus ⁊ obſtinatus: Quis ve vi
dictā expetere cogitabit de ꝓximo ſuo: vbi dn̄s oīm miſericor
diā vlt ēt reſparſus ſanguine proprio: Cur vermiculus ⁊ vere
puluis vidēs ⁊ audiēs dn̄m maieſtatis tā dulciter indulgere ⁊
efficaciter intercedere pro furioſo populo: audebit de aliqua vi
dicta infligenda cogitare de cetero: Audit dn̄m Jeſum clauis
confoſſuz: cruci appoſitū: minas remittētez: cōtumelias poſtpo
nentē: dolorē nihili pendentē: ⁊ ipe peccator oī obprobrio: imo
gehēna dignus vult recōpenſam exigere: aliquātulū verbo: ēt
vt ita dicā exiguo leſus: Speculuz virtutis ꝓponit̄: via ſalutis
oſtenditur: venie porta exhibetur: indulgēcie ſemita panditur:
⁊ malitia hominū exorbitare minime veret̄. Jndulge o homo
parce ⁊ dimitte: ſic eni expedit ſaluti proprie quā dominus deꝰ
tuus operatus ē in cruce pro te Sed dicis o miſer Tot ⁊ tanta
mala fecit mihi talis: ⁊ vt nulla poſſim ratiōe remittere. Audi
Auguſtinum intonantē Attendis inquid tu quid in te cōmiſit
proximus: cur non attendis que a te ſuſtinuit deus: Naz mul
to maiora crimina tu commiſiſti in deum: q̄ʒ in te commiſerit
homo. Petis ne tibi indulgeri: Dico tibi ſi veraciter petis in
dulgentiam: non differt deus ſuam clementiam: ſi tamen ꝓxi
mo petenti miſericordiam non negaueris ⁊ veniam Reuolue
verbum breue ⁊ ſecundum illud age: ſi non vis dampnabiliter
oberrare. Dimitte: ⁊ dimittetur tibi. O pium verbum. O ſo
lamen ſanctum O fructus omnium animaꝝ. Quicūq̄ʒ ſordibꝰ
peccatorum fedatus es: quicunq̄ʒ multis ⁊ grauiſſimis crimi
nibus inquinatus es: deſiſte peccare: conterere: ſuſpira: ⁊ ge
me: confitere: et dic pia voce Miſerere mei dulciſſime domi
ne ſecundum multitudinē miſericordie tue: Reſpōdebitq̄ʒ Uo
lo libenter: dūmō dimiſeris ī te peccātibꝰ exēplo mei clemēter

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Qꝛ ſi nolueris indulgere: miſericordiã a me ñ poteris optinere
O pyiſſime dñe indulgeo: ⁊ toto corde pro iimicis meis orare i
perpetuũ tua allectus miſericordia volo: vtinã ⁊ ego indulgen
tie tue nõ priuer fructu perpetuo Letere amoris flãme ſuo loco
debẽt euaporare. ¶ Sed iã vide iuxta ꝓpoſita o aĩa inclita ⁊ de
uota tertio Jeſũ plenũ cõfuſione. Nã teſte beato Ambroſio auc
tor nr̃e ſalutis ſic nudus ſuſpẽſus ẽ patibulo: ſicut nudus exiuit
de virginis vtero. De velo a beata virgĩe proiecto: quod adhe
ſiſſet inferiori parti corpis xp̃i: ad v̾ginis aliquale ſolamẽ affir
mare nõ audeo: pingit tñ vel ſcindit̾ crucifixus in locis illis ve
latus: meo ſi nõ fallor iuditio potius pro aſpitientiũ boneſtate:
q̃ꝫ ꝑ aſtruẽda certitudinaliter veritate Inſuꝑ quis dubitet euꝫ
ꝑfuſum cõfuſione: cũ paſſus ſit a iudeis ⁊ gẽtibus: maſculis et
feminis: principibus ⁊ pontificibus: miniſtris ⁊ popularibus:
a notis ⁊ familiaribus: diuitibus ⁊ pauperibus: nobilibus ⁊ ig
nobliibus: tẽpore celebri: loco ſolẽpni: iheruſalẽ ſãcta extra por
tã coraꝫ multitudine maxima: ora matutina pria tertia ſexta ⁊
nona: Vñ pſalmo. 21. Lircũdederũt me vituli multi: tauri pin
gues obſederũt me. Nycolaus de lyra dicit ꝙ hy vituli ſunt iu
dei: qui ꝓpter inſolentiã ⁊ carnis petulãtiã vocãt̾ vituli. Sũt ẽt
tauri pingues: qꝛ auari erãt ⁊ diuitys impinguati. Ecce quales
fuere in Xpi ꝑſecutiõe ⁊ cũfuſibili paſſione: inſolẽtes ⁊ petulã
tes auari ⁊ diuites. Vñ ſanctꝰ Dauid hec: cõſiderãs in ſpiritu: i
quit in ꝑſona Xpi pſalmo. 34. Nõ ſuꝑgaudeãt mihi q̃ aduerſã
tur mihi inique: praua ſua volũtate: qui oderũt me gratis Id
eſt ſine cã me odiẽtes in cordibus ſuis: ⁊ ãnuũt oculis. Paſſio
nes enĩ ire ⁊ ody maxime apparẽt ĩ facie ⁊ in oculis potiſſime
Ecce o aĩa mea qualis ↄfuſio venit Xpo dño: nõ ẽ dubiũ quin
huiuſcemodi ſint ei irrogata pendẽti ĩ patibulo. O ſuꝑba mens
flectere: humiliare: ⁊ cõpungere abſqꝫ dedignatiõe cõfũdere in
corde: qꝛ nõ honore: ſed pro peccatis cõfuſiõe cẽſeris digna eẽ.
¶ Quarto vide eũ plenũ pietatis dolõre. Nã ſecũdũ Ancelmuꝫ
reatus peccati mẽſurat̾ ſecũdũ magnitudinẽ nocumẽti. Sciẽs
igit̾ Xps vitã ſuã multũ orbi terrarũ ꝓficuũ: ex nocumẽto igẽ
ti qd̾ videbat̾ ex morte ſua ſubſequi: pietate motus fecit cõtra
inferẽtiũ ſibi mortẽ intẽtionẽ: mortẽ ſuã valde pr̃i ſuo odorife
rã nobiſqꝫ ſalutiferã. Quia licet ex ꝑte inferẽtiũ ſua paſſio fuit
maleficiũ: tñ ex ꝑte caritatis paciẽtis fuit ſacrificiuꝫ acceptabi
liſſimũ. Vñ ad epheſeos. 5. Tradidit ſemetipm̃ ꝑ nobis oblatio
nẽ ⁊ hoſtiã deo in odorẽ ſuauitatis. Nã ſacrificiũ ꝓprie dicitur

aliq̄d factū ī honorē ꝓprie deo debitū ad ipſū placādū: ſecundū
ſanctū Thomā ī tertia pte q̄ſtiōe.48.articulo tertio. Vn̄ beatꝰ
Auguſtinꝰ.10.de ciuitate dei dicit Verū ſacrificiū ē ōne opꝰ qđ
agit̃ vt caritate deo īhereamus: relatū.ſ.ad illū finē boni: quo
veraciter boni eē poſſimus O aīa mea vtꝫ ſollicite reuolueres
quātū xp̄s dei filius hūc finem plenus pietate dulcore in nobis
adipiſci voluit. Licet enī peccatū principū iudeorū ſciret fore g̃
uiſſimū: tū ex genere peccati: tū ex malitia volūtatis ſcđm ſan
ctū Thomā in tertia pte queſtiōe.47.articulo.6. Et peccatū mi
norū grauiſſimū quātū ad genus peccati: licet in aliquo ꝓpter
ignorātiā diminuebat̃: tū ipſuꝫ opus ꝙ volūtarie paſſionē ſuſti
nuit: vtpote ex caritate ⁊ pietatis dulcore ꝓueniēs: maxīe deo
patri acceptū fuit O aīa vide pietatis dolcorē nō ſolū ex p̄dict]
ſpirantē verū ēt ex etate iuuenili redolentē. Nō enī ī etate pue
rili neqꝫ ſenili paſſus ē: qꝛ in iuuenili etate paciēs pendēs ⁊ mo
riēs: immo ⁊ reſurgēs: futurā reſurgētiū qualitatē in ſeipſo p̄fi
gurauit Juxta illud ad epheſeos.4°. Donec occurramus oēs in
vnitatē fidei in virū pfectū in mēſuram etatis plenitudīs xp̄i.
Ex hys moueri debet ōnis fidelis ⁊ inflāmari ardore caritatis
in vocē graciarū actionis vt fōte tāto dulcoratus pietatis. lōge
maneat a peccatorū fecibꝰ. ſed recognoſcat dn̄m ſuū in pietatis
dulcore digniſſimū regio titulo ⁊ nomine Sed quis decorabit
xp̄i caput ⁊ ſalomonis veri lectulū dote huiuſcemōi: Omnes
aduerſantur ſibi ⁊ de gentibus nō eſt vir ſecū Quis ergo quod
iuſte ſibi debetur audebit ei cōferre: Quis infrunitū populū nō
timebit in tanto furore: Qui cōtra iuſtitiā et cōſciētiā iniquam
dedit ſentētiā. vtinā ille v̄bo ⁊ ſcripto ꝓfiteret̃ in crucifixo regi
am dignitatē hoc multū ꝓficeret ad veritatis declarationē et
xp̄iani nomīs honorē. ac cecitatis iudaice ꝯfuſionē. & ⁊ potiſſīe
ad īnocētie xp̄i oſtēſionē Reuolue igit̃ o aīa deuota hic ſecūdū
theophilū ꝙ ipy iudei ꝓcurauerūt ſibi titulū ītēdētes ꝑ hūc illū
ſorte vituperare xp̄m ⁊ ānicilare opiuionē illorū regē ipm eſti
mātiū iudeoꝝ Unde vt nec ēt p̄tereūtes valerēt ſui miſereri ſed
magis vt tirāno ⁊ p̄ſūptuoſo ſibi inſultare. quaſi contra volun
tatem pylati titulum requirentes. ipſe memor eorum ꝓteruie
oſtenſe in multiplici vt crucifigeret̃ repetitione. ſic in preſenti
ſtuduit acquieſcere poſtulātibꝰ. vt ⁊ in verecūdiā ipſorū vergeꝛ
et tituli inſcriptio: ⁊ in p̄coniuꝫ xp̄i ipſius tytuli inſpectio. Sic
igit̃ ſacri euāgely hꝫ lectio. Scripſit aūt tytulum Pylatus. ſ. in
cartula tabule affixa. Et poſuit ſupra crucem Ideſt vltra caput

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

crucifixi ne ipm cõtingeret ſed eminentius appareret Cauſam
mortis ipſiꝰ triplici lingua ſcilicet hebraica.greca .⁊ latina quia
ille erãt prĩcipales ligue Quia ipſe quo ad theologos erat rex
Theologie.quãtũ ad hebreos ĩ q̃bus erat dei ſcia Philoſophie
quãtũ ad grecos ĩ q̃bus erat philoſophie eloquẽtia Et practice
quãtum ad romanos ⁊ latinos in quibus erat bellãdi ⁊ domi
nandi ſiue regendi potentia Titulus autẽ hic erat Jeſus naza
renus.rex iudeorũ Quaſi diceret Jdeo crucifixꝰ ẽ.q̃a erat rex
iudeorum Nos nẽpe romanorũ erat ſup crucis lignũ ponere
cauſam mortis crucifixorũ Jam aĩa munda voluat ⁊ reuoluat
ſacra miſteria ĩ h̄ titulo velata Jnſciꝰ nẽpe ipm hic cõmẽdauit
gẽtilis a tribus Mors eim Xpi Jeſu ẽ cauſa Remiſſiois culpe
quia Jeſus Collatiois gracie.quia nazarenꝰ Adeptiois glorie
quia Rex iudeorũ Jn qua gloria cenſebimur reges ⁊ regie Et
vide iſtud ſub elemẽto trium linguarũ ſcriptũ Quia hebreorũ
Jdeſt religionem ⁊ dei legem zelantium Grecorũ ſapiẽtia mag
na pollencium Latinorũ .ſ.romanorum potentia pene omnibꝰ
gentibus imperantiũ .q̃ſi diceret omnibus diffuſis ⁊ diffundẽ
dis ꝑ orbem terrarum Hic Jeſus pẽdens in ligno crucis ẽ rex
Totius religionis.Totius ſapientie.Et totius potẽtie. Sed ve
ſania ⁊ ꝑfidia mentis iudaice non valet pio mentis oculo hũc
titulum legere ⁊ fidem debitam adhibere .ſed ſtimulãte inuidie
rabie conati ſunt mutare Jdeo ſequit̃ Hunc ergo titulũ multi
legerunt iudeorum .quia prope ciuitatem erat vbi crucifixus
fuerat Jeſus Unde volentes iudeorum principes ⁊ pontifices
titulum pro voto ſuo corrigere .dicebant Noli ſcribere Rex iu
deorum .ſed quia ipſe dixit Rex ſum iudeorum Redundabat
enim in eorũ verecundiã ꝙ crucifixerãt regem ſuũ ⁊ ĩ non mo
dicũ Xpi preconium .qui nec morte atrociſſima ꝑdidit quod ĩ
vita recuſauerat regnũ . immo verius ⁊ melius acquiſiuit ſibi
regnum verorum iudeorũ . corde ⁊ ore ipm cõfitẽtiũ Reſpõdit
ergo eis pylatꝰ Quod ſcripſi ſcripſi Quaſi.diceret Huc vſq; ha
buiſtis a me extorquẽdo voluntatem . equum ⁊ iuſtũ ẽ vt quia
obtinuiſtis ad votum veſtrũ eius crucifixionem . habeã ⁊ ego
in ſcriptura mea aliquam libertateꝫ Nõ igit̃ ſcribẽdo corrũpã
veritatem . q̃uis in ſententiando p̃terii equitatem ob veſtrã
ceruicoſitatem Et licet vos diligatis falcitatem . tamen ego in
ſcriptura patefeci vtcũq; veritatem Auguſtinꝰ dicit ſuper hoc
paſſu Titulus manet immutabilis non quia pylatus ſcripſit . ſed
quia veritas dixit Rex ſum iudeorũ Uoluit noluit ergo iudea

gens praua ⁊ ꝑuerſa .diuerſe lingue õne mundi regnum.õnis
mundi ſapiẽtia.õnia legis diuine ſacramẽta.⁊ ipſe iudex q̃ pra
uus in ſentẽtia.teſtis tamẽ veritatis in ſua ſcriptura.ꝯfitentur
Jeſum cruci affixũ regem fore iudeorum Thronus huiꝰ regis
eſt lignũ crucis .regnauit eñ a ligno deus . ſic nẽpe dictum eſt
in nationibus O aĩa mea diuerſorũ generũ fuere hec ligna cru
cem ꝯficiẽtia .ſ.Stipes ſiue trũcus ĩ rupe defoſſus cui crux erat
ĩfixa .de cedro extitit Palꝰ ſiue lignũ erectũ de cypreſſo Lignũ
tranſuerſale .de palma Tabula ſuperius apposita regali titulo
decorata de oliua Ex q̇bus breui ſub cõpendio hoc recreari po
teris morali floſculo.Ut ligni dñici virtute Effugiat venenum
ĩiquitatis ꝑ cedrũ Subtilietˀ vel eleuetˀ intellectus per cypreſſũ
Accedat robur fortitudinis ꝑ palmã .vt obtinere poſſis o aĩa ꝑ
dilecta triũphum Succedat oleum miſericordie ⁊ pietatis per
oliuã vt ſic venuſteris in ꝑpetuũ Et ſic patet vtcũq3 ſecundum
Properãdũ eſt ergo ad elucidandum tercium ne quid deſit ad
noſtrum profectum.

Tertio o aĩa deo multũ dilec
ta dignũ ⁊ iuſtum ẽ reuoluere attẽteq3 penſare ſuſpẽ
ſi Jeſu multiplicẽ exprobrationem Jn altũ nempe
ſuſpenſo quãta ſit ſubſecuta confuſio .in corde nõ ve
nit mundano ſeu homine vano ⁊ veſano .ſed potius interno ⁊
deuoto q̃ ſit gloriari in domino ⁊ cõfundi in ſemetipo Hic per
ſacri euãgelij ruminationẽ inuenit a quadruplici genere homi
num Xpo irrogatam in cruce confuſionem vel exprobrationẽ
ſcilicet A ſedentibus A ꝑtercũtibus A ſtantibus A pẽdẽtibꝰ
Omnibus nẽpe ꝑdictis nõ contẽti neſcierũt ſeu noluerũt a con
uicijs ceſſare .ſed paſſũ ſubſannant vndiq3 Nã neq3 paſſo par
centes neq3 ipſius genitrici doloroſiſſime condolentes.nouũq3
modum obprobrij prioribus accumelantes . acceperunt veſti
menta eius milites ſcilicet ſiue ſtipendiarij et primo palliũ xpi
in quatuor partes diuidentes . vnicuiq3 militi partem diuiſe
rũt.⁊ tunicam inconſutilem deſuper contextaꝫ per totum. qua
ſub pallio vtebatur . Que quidem tunica ſecundnm Criſoſto
muꝫ eſt quoddam genus veſtimenti ex multis pannis contex
tum deſuper per totum.ideſt abextra per totum ſcilicet de alio
pano ad illã tunicam magis fortificandam et conſeruandam
quo veſtimenti genere pauperes in paleſtina vti conſueuere

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN